



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

Præfatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

## PRÆFATIO.

**N**on te latet fortassis, Amice Lector, Hübnerum, & Scriptores Hübnero non absimiles, multas paginas scripsisse contra ipsos Romanos Pontifices, & Imperatores per secula suæ Historiæ prope modum singula, ad hanc nostram usque ætatem. Hac de causa in Serie Romanorum Pontificum juxtà ac Imperatorum, suas seculis singulis subjungendas esse existimavi Reflexiones contra Hübnerum aliósque Heterodoxos Scriptores, ut pro modulo meo propugnarem causam Summorum in orbe terrarum Virorum Principum. Pari ferme audacia iidem Scriptores Heterodoxi acuerunt calamos in Archiepiscopos, Episcopos & Sacerdotes, præsertim Parochos per Germaniam universam multos. Quam ob rem non incongruum fore duxi, præsentem etiam libello suas inserere Reflexiones, ut Hübneri maximè pateant identidem magis fallaciæ. Quoniam verò Hübnerianæ hæ fabulæ persæpe non unum magis, quàm omnes offendunt Ecclesiæ Antistites, nec uni potius, quàm pluribus sunt propriæ seculis, ideo Reflexiones non in secula distinguere, uti factum in Serie Rom. Pontificum ac Imperatorum, sed post triplicem Archiepiscoporum simulque Electorum Seriem collocandas esse putavi, ductus hoc etiam argumento, quòd ipsæmet uno quasi vinculo trahantur, & sese sequantur ordine non facilè interrumpendo,